


Corso multimediale di letteratura e lingua latina

e-Lectio IX



9/05/2020
Ante diem VII Idus Maias
(sive) VII Id. Mai.

Lectio X - finis (uide pag. LXXIII)

lūlius puerum vocāre audit et exit in hortum. Pater fīlium perterritum ad sē accurrere videt eumque interrōgat: "Quid est, Mārce?"

Mārcus: "Quīntus...est... mortuus!"

lūlius: "Quid? mortuus? Ō deī bonī!"

Pater, ipse perterritus, cum Mārcō ad Quīntum currit. lūlia quoque accurrit cum cane suā. Quīntus oculōs apērit. lūlius eum oculōs aperire videt.

lūlius: "Ecce oculōs aperit: ergō vīvus est." Mārcus et lūlia Quīntum vīvum esse vident. Puer autem ambulāre nōn potest, neque enim pedēs eum sustinere possunt; ergō necesse est eum portāre.

Quīntus ā lūliō in villam portātur et in lectō pōnītur.

Aemilia filium suum ā lūliō portāri videt, et interrōgat: "Cūr puer ipse ambulāre nōn potest?"

lūlius: "Quīntus ambulāre nōn potest, quod nōn est avis neque ālās habet! Quī volāre vult neque potest, ad terram cadit!"

Aemilia Quīntum ā lūliō in lectō pōnī aspīcit.

Lectio X - Infinitivus modus

*lūlius puerum **vocāre** audit et exit in hortum. Pater fīlium perterritum ad sē **accurrere** videt eumque interrōgat: "Quid est, Mārce?"*

Mārcus: "Quīntus...est... mortuus!"

lūlius: "Quid? mortuus? Ō deī bonī!"

*Pater, ipse perterritus, cum Mārcō ad Quīntum currit. lūlia quoque accurrit cum cane suā. Quīntus oculōs apērit. lūlius **eum oculōs aperire** videt.*

*lūlius: "Ecce oculōs aperit: ergō vīvus est." Mārcus et lūlia **Quīntum vīvum esse** vident.*

*Puer autem **ambulāre** nōn potest, neque enim pedēs eum **sustinere** possunt; ergō necesse est **eum portāre**.*

Quīntus ā lūliō in vīllam portātur et in lectō pōnītur.

*Aemilia **filiū suū ā lūliō portāri** videt, et interrōgat: "Cūr puer ipse **ambulāre** nōn potest?"*

*lūlius: "Quīntus **ambulāre** nōn potest, quod nōn est avis neque ālās habet! Quī **volāre** vult neque potest, ad terram cadit!"*

*Aemilia **Quīntum ā lūliō in lectō pōnī** aspīcit.*

De Latinis historicis - Vita Catonis

- [3] In omnibus rebus singulari fuit industriā. Nam et agricolā sollers et peritus iuris consultus et magnus imperator et probabilis orator et cupidissimus litterarum fuit.
- 2 Quarum studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non facile reperiri possit neque de Graecis neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentiā confecit orationes. Senex historias scribere instituit.
- 3 Earum sunt libri VII. Primus continet res gestas regum populi Romani: secundus et tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica; ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. In quarto autem bellum Poenicum est primum, in quinto secundum. Atque haec omnia capitulatim sunt dicta.

Nomi della III decl.

<i>imperator</i> <i>imperator-is</i>	<i>oratio</i> <i>oration-is</i>	<i>rex</i> <i>reg-is</i>		<i>civitas</i> <i>civitat-is</i>	<i>ius</i> <i>iur-is</i>
<i>orator</i> <i>orator-is</i>					
*	**	**	*	***	***
temi in liquida	temi in nasale	temi in gutturale	temi in ĭ N = G	temi in dentale	neutri in -s

**reg+s > rex*

**civitat+s > civitas*

Paradigmi dei §§ 1-3 - l'apofonia

<i>sum</i>	<i>es</i>	<i>fui</i>	-	<i>esse</i>
<i>arripio</i> (<i>ad+rapio</i>)	<i>arripis</i>	<i>arripui</i>	<i>arreptum</i>	<i>arripere</i>
<i>reperio</i> (<i>re+pario</i>)	<i>reperis</i>	<i>repperi</i>	<i>repertum</i>	<i>reperire</i>
<i>possum</i>	<i>potes</i>	<i>potui</i>	-	<i>posse</i>
<i>conficio</i> (<i>con+facio</i>)	<i>conficis</i>	<i>confeci</i>	<i>confectum</i>	<i>conficere</i>

L'altro latino

*Libri titulus est: «Incipit Comoedia Dantis Alagherii, Florentini natione, non moribus». Ad cuius notitiam **sciendum est quod** comoedia dicitur a comos 'villa' et oda, quod est 'cantus', unde comoedia quasi 'villanus cantus'. Et est comoedia genus quoddam poëticae narrationis ab omnibus aliis differens. Differt ergo a tragoedia in materia per hoc, quod tragoedia in principio est admirabilis et quieta, in fine seu exitu foetida et horribilis; et dicitur propter hoc a tragos, quod est 'hircus', et oda, quasi 'cantus hircinus', id est foetidus ad modum hirci: ut patet per Senecam in suis tragoediis. Comoedia vero inchoat asperitatem alicuius rei, sed eius materia prospere terminatur, ut patet per Terentium in suis comoediis. Et hinc consueverunt dictatores quidam in suis salutationibus dicere loco salutis « tragicum principium et comicum finem ».*

Titolo del libro è: «Incomincia la Commedia di Dante Alighieri, fiorentino per nazione, non per costumi». A meglio intendere, è da sapere che si dice Commedia da *comos* 'villaggio' e *oda* che significa 'canto', onde Commedia vale 'rustico canto'. Ed è, la Commedia, un genere di narrazione poetica diverso da tutti gli altri. Diverge infatti dalla Tragedia quanto alla materia, poiché la Tragedia nel suo principio è ammirabile e serena, in fine, ovvero conclusione, fetida e spaventevole; e perciò vien detta da *tragos*, che significa 'capro', e *oda*, quasi 'canto di capro', cioè fetido a mo' di un capro: come chiaro si desume dalle tragedie di Seneca. La Commedia invece mette in campo qualcosa di aspro, ma la sua materia termina felicemente, come appar chiaro dalle commedie di Terenzio. Di qui alcuni dettatori presero l'abitudine di iniziare o concludere le loro lettere, anziché dicendo «salute», con l'espressione «tragico inizio e comica fine».

Ultima lezione

Sabato 16 maggio

Ore 10.00

Materiali su

weschool